



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1711

Sectio Septima. Inutile erit Thologiæ Moralis studium: immò quod unâ
manu adstruimus, aliâ destruimus, aliaque absurda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84783](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84783)

tioris, immo quod sibi verum in re videtur, ut docet P. Eliz. a quo, sicut etiam a Probabilioribus, & Tutoribus, quare, a talis Summissa esse damnabilis?

S E C T I O VII.

Inutile erit Theologia Moralis studium: immo gradum manū adstruimus, alia destrui-
monibus, aliaque absurda, adstruimus, alia destrui-

Inutilitas Theologiae & nostrae nostrae doctrinae destructio.

S U M M A R I U M.

Arguit P. D. Thyrsus, quod satis erit pro regula conscientiae, notitia pure historica, seu index opinionum probabilium, a n. 255. ad 258.

Et quod Probabilista reddat licitum omne, quod docuerat ut illicitum, n. 259.

Et quod illicitum erit impugnavit opiniones favorabiles, n. 260.

Et quod Probabilista sibi met contradicat, dum affirmat reflexe licitum, quod directe negavit licere, n. 261.

Retorqueo, n. 262.

Confundit questionem directam cum reflexa, ibid.

Si Probabilioritas est necessaria, nemo erit aptus confessionibus audientis, n. 263. 264.

A viris T. T. & doctis veritas prius querenda est: qua si sit incerta, querenda probabilitas, & index ab illis composuit non esset pure historicus, sed Theologicus, n. 265. 266. 267.

Idiotis consulendum, ne libros morales legant, ibid.

Theologia Moralis solis doctis necessaria, num. 268.

Cognitio probabilitatis diligens Moralis Theologiae studium supponit, ibid.

Finis imprimendis libros est veritas directa, cui directe respondere tenetur, quod si reflexe rogetur, respondebit reflexe, n. 269.

Regulariter opinionis oppositae falsitas (hac enim est, quae non est sana) impugnat. Expono, n. 270.

Nulla in Probabilista contradictio, nam directe dicit, Non licet, & reflexe, Probabile est licere, n. 271.

An M. Baro nos destruere quod adstruimus, & recusat, n. 272.

Laudat nostram praxim, non doctrinam, n. 273.

Retorqueo, n. 274.

Non licet sequi omnem a se impugnatam, cum saepe sit improbabilis, n. 275.

Etsi daretur nos destruere, quod adstruimus,

melius nos gerimus, quam Adversarij, n. 276.

Objicies 1. ex P. D. Thyro *disputatio* 8. §. 9. per totum: Si licet sequi quamlibet probabiliorum in occurrit longe probabiliorum, receditur in utile studium Theologiae Moralis, cuius finis est cognoscere honestatem, & turpitudinem actuum humanorum, & mediante ea cognitione dirigi ad sequendum honestum, & vitandam turpe: sed si quilibet opinio probabilis, stante opposita longe probabiliori, esse potest regula nostrorum actuum; totus finis Theologiae Moralis haberi potest sine eius studio, nempe si historico modo habebimus incitem opinionem probabilium, nam ab his dirigi possunt ad recte operandum: ergo si omnis opinio probabilis satis est ad recte operandum, inutile est studium Theologiae Moralis.

Confirmat 1. quia assumpto hoc principio, Quilibet opinio probabilis satis est ad securitatem conscientiae, poterit quilibet interrogatus, an hoc liceat, vel non, recedere suum catalogum, & videre, num illi casus habeat contra se, & pro se graves DD. & si ne alio studio dicere, licet, quia ea est in catalogo probabilium.

Confirmat 2. n. 105. quia hinc sequitur numquam consulendos esse Doctores viros, quoties opinio est inter Auctores controversa; sed satis erit legere indicem Auctorum, & sic tanti estimandus erit Tyro Theologiae, ac Magister sapientissimus; quare sciendum, quod datur opinio Doctorum firmiter contractuum aliquem esse licitum, necessaria non est scientia moralis, sed satis est notitia pure historica, & reflexe aliorum Doctorum placito; adeoque Doctores vivi unice consulendi erunt de casibus extraordinarijs, qui apud Auctores non extant.

Confirmat 3. Vel cognitio reflexa, & notitia pure historica de opinionibus probabilibus, quae sunt apud Doctores, sufficit ad tuto regulandam conscientiam in omni re, in qua datur opinio probabilis, vel non sufficit? Si sufficit; ergo ad nihil necessaria est Theologia Moralis, frustra tantus labor, frustra editio librorum. Si non sufficit; ergo dici non potest eas opiniones probabiles, & multo minus omnes satis esse ad regulandam conscientiam.

Confirmat 4. quia Probabilista defendens licitum esse sequi quamlibet probabiliorum nullum assignare poterit finem novos libros scribendi in materia morali controversa, quamcumque enim partem defendendam

fufcipiat, irrito conatu laborat. Vel enim tuetur actionem esse licitam, vel illicitam? si illicitam; irritus est ejus conatus, quia cum supponat probabilem esse oppositam affirmantem licere, & simul tueatur licere sequi omnem opinionem probabilem affirmantem actionem aliquam licere, eo ipso in stabilis sententia oleum, & operam perdit; rogatus enim, an liceat eam actionem exercere, dicere debet, *Licet*, quia etiam sentiat sententiam oppositam suam, affirmantem licere, esse falsam, censet tamen esse absolute probabilem, & aliunde statuit, licitum esse sequi omnem probabilem; ergo frustra laborat in stabilis sententia rigida, *Non licet*. Si autem defendat actionem esse licitam, vanus etiam est labor, quia ante hunc laborem supponebatur, quod ea sententia erat probabilis; ergo antequam scriberet, supposuit actionem illam esse licitam; ergo actum agit. Nec dici potest, quod labor delervit, ut opinio benigna reddatur magis probabilis. Contra enim est, ait P. D. Thyrsius, quia inutile est reddere illam magis probabilem, cum per nos necesse non sit, ut sit probabilior, nec per hoc, quod probabilior fiat, tutior fit: contra utilis est ille labor apud eos, qui dicunt necessarium esse sequi probabiliorum.

N. 260. Confirmat 5. n. 109. quia non tantum inutile, sed illicitum erit impugnare opiniones favorabiles, quas Author libri in ipso limite disputationis supponit probabiles; si verum est licere quamlibet probabilem, quia si est probabile, est etiam tutum; nefas autem est impugnare doctrinam, quam quis supponit tutam. Nec dici potest nos impugnare doctrinam non quia sanam, & tutam, sed quia falsam. Contra enim est, ait; quia si supponitur sana, & tuta, ejus falsitas non nocet moribus; sanitas autem multum illi prodest. Rursus falsitas doctrine impugnate, si hæc ad regulandam conscientiam est sana, & tuta, est error pure materialis; sanitas autem est magnum bonum; iniquum autem est destruere rem, quæ afferit ingens bonum, ne inducat exiguum malum.

N. 261. Confirmat 6. n. 110. quia implicat, ut doctrinam, quam judico falsam, affirmem esse absolute tutam, & sanam; immo dum affirmo esse probabilem, & tutam opinionem mihi oppositam, asserentem actionem aliquam esse licitam, mentior; dum nego illam esse licitam, & sic mihi contradico; nam nego esse licitam, & affirmo esse licitam, quia suppono esse probabilem sententiam affirmantem esse licitam.

N. 262. Sed contra 1. quia toto argumento proba-

tur quemlibet debere esse Judicem de probabilitate opinionis, ut eam sequatur, & Doctoris, ut ei stet; quis autem Judex erit inter auctoritatem S. Thomæ, & S. Bonav. quis inter eorum rationes? Contra 2. quia confunditur questio directa, an hoc liceat, cum reflexa, an dato quod certo probabile sit licere, liceat eam actionem exercere. Contra 3. quia omnia absurda retorquentur in Probabilioritas; nam omnis Thomista putans suas, & D. Thomæ rationes esse probabiliores; & omne quod docet S. Thom. esse probabilius, satis ei erit, ut legat indicem, & sciat historicè, & reflexè opiniones, quas docet D. Thom. & omnis Scotista, quas docet Scotus; adeoque nulli, qui juravit in verba sui Magistri, Theologie Moralis studium necessarium erit; & cum celebriores Scholæ aliquem Doctorem, cui stent, assumpserint, vix ullus erit inter Catholicos, nisi ad summum illi soli, qui liberi sunt ad quemlibet Doctorem sequendum, quem putent apud se graviores, qui Theologie Moralis libros evolere teneatur. Contra 4. quia fumo Dianam, & Leandrum, quos P. D. Thyrsius §. 9. sepe nominat. Ecce nullus satis erit confessionibus audiendis, nisi sciat omnes tres mille resolutiones, (ita enim ait P. D. Thyrsius n. 101.) quas Diana suis in Partibus congerit; immo nisi sciat, quæ quæ sit probabilior. Nullus casum aliquem decidere, nisi omnes Doctores, & omnium DD. rationes attentè considerarit, quæ quæ sit præponderans: & si unum tantum Doctorem, aut rationem omittat, non poterit, nisi peccando, casum resolvere; forte enim Doctor ille habebit rationem, quam si legisset, oppositum resolveret. Nullus vel audiendo solis contra sextum, & septimum præceptum peccatis sufficiens erit inter omnes Catholicos, quantumcumque scientissimus sit. Quis enim totum Sanch. totum Bas. Pontæ, & omnes Canonistas, & omnes ab his, & illis citatos legit, & omnes rationes tantà serietate consideravit, ut certus sit de probabilitate hujus præ illà opinione, in materia adeo amplà, & tot impedimentis ex jure naturali, & Pontificio matrimonium invalidantibus, aut illicitantibus? Quis totum M. Sorum, & duos P. Dicastilli, & quatuor P. Ognate, & sex P. Haunoldi, & quinque Rosignoli Tomos, præter P. Gibalinum, & P. Leotarium, aliosque innumeros Theologos materiam contractuum versantes, præter infinitos Juris Canonici, & Juris Civilis Commentatores, legit, & ita legit, ut certum de cujuslibet opinionis in materia contractuum probabilitate judicium ferre possit? Quæro

N. 263. Dian. 2. l. an fr. P. Thyrs.

P. Sanch. Pontæ.

M. Sor. P. Dic. P. Ognate. P. Haun. Rosign. P. Gib. P. Leot.

N. 264. Quæro igitur a P. D. Thyrio, vel omnes libros a me citatos, immo ab eorum Authoribus recitatos legit, & ita textus legum Canoniarum, & Civilium, & rationes, & Roræ Romanæ decisiones, & resolutiones ponderavit, ut possit rogatus certum dicere iudicium de probabilitate cujushbet opinionis particularis? Et rem incredibile dicit, & quia urbanum est credere, credam urbanitatis gratia hoc de illo. At velle, ut omnis alius, qui confessiones excipit, omnes illos legent, est velle, ut quilibet sit ei equalis, seu sit sapientissimus. Immo est dicere, omnes septingentesimi sæculi posteriores Doctores futuros insipientissimos; quot enim sæculo futuro libri prodibunt? Quis autem citati sæculi futuri Doctor legere poterit omnes Doctores sibi anteriores, vel unam quidem materiam moralem tractantes, quanto minus omnem, si modo unus ex nobis legere non potest omnes Doctores anteriores? Necesse ergo erit, ut quilibet posteriorum sæculorum Doctor sit insipientissimus; adeoque nullus eo in sæculo dabitur idoneus Confessarius; vel non legit? & sic peccare videtur, dum iudicium fert de probabilitate opinionis. Ecce ad quod impossibile probabilitas obligat, ut licite operemur.

Vid. D. Perea n. 10.

N. 265. In forma dico, vel loquitur de doctis, & hi debent prius veritatem considerare, si certo constare possit; quod si non possit, debent attentè considerare probabilitatem: quod deinde, suppositâ exactâ rationum, & autoritatum consideratione, possint texere indicem opinionum certo probabilem, nulum est absurdum, sed lucrum, sicut nulum, si texeret indicem probabiliorem; atque adeo ille Theologus non se gereret ut purus Historicus, qui pure refert, quid alij sentiant, sed ut Theologus ponderando Doctores, & rationes, veritatem, & probabilitatem: vel loquitur de idiotis? his autem Theologia Moralis studium non est necessarium, quin est periculosum, cum difficulter intelligant, & advertant circumstantias casuum, & eorum probabilitatem.

N. 266. Ad 1. confirm. patet ex nunc dictis, eamque retorqueo in eo, qui supponens omnem Scoti opinionem esse probabiliorem, aut hoc non supponens, texeret indicem probabiliorem.

N. 267. Ad 2. patet etiam, & quæro, an Probabiliorista supponens probabilem esse omne, quod dicit S. Thom. teneatur consulere vivos? & quod dabit, dabimus. Adde in idiotis grande periculum esse legere casus conscientie; tum quia plerumque eos non ca-

piunt; tum quia unum pro alio intelligunt, tum quia nec graves Doctores sciunt, nec discernere inter DD. graves, & leves, nec rationes solidas, & insolidas, & ignorare opinionem superficialiter, aut profundè rem tractant; quod si sit res tractata, ut debet non advertunt, an opinio sit singularis; Hinc optime consulere tur idiotis, si vel a certissimo Summis abstinerent; vel ut teneantur consilium neri, si illi lingua vulgari non imprudentur.

Ad 3. suppono; quod arguens loquatur de viris doctis; his enim necessaria est Theologia Moralis; & dico, quod his satis sit cognitio reflexa de probabilitate, quoties certum de veritate haberi non potest; quæ tamen cognitio reflexa supponit accuratum Theologia Moralis studium; & Doctorum notitiam; eorumque interie, nec non advertendum rationum comparisonem advertendum, an utraque maneat probabilis.

Ad 4. dico, quod ad finis primarius Probabiliorista novum opinionum moralium librum eudentis, est ipsa veritas, & ideo directè dicit, quod iudicet; nam directè querenti, an contractus sit licitus, debet directè respondere, licitum, aut non licitum; quod si reflexè rogetur, tunc teneatur oppositas rationes cum suis comparare, quas oppositas si viderit manere probabiles, potest respondere reflexè, quod licet; Adde, quod cum P. D. Thyrius teneatur licitum Confessario abolvere penitentem iuxta opinionem probabilem penitentis, tenetur huic, & alijs suis argumentis occurrere. Hinc patet non esse irritum laborem Probabiliorista novum librum opinionum moralium eudentis.

Ad 5. inito in Confessario contra propriam opinionem abolvente penitentem, cur Confessarius impugnat, si postea loquitur opinionem penitentis? Ergo non est illicitum impugnare opiniones favorabiles. Deinde dico impugnari falsitatem, non probabilitatem oppositè opinionis, si hæc putetur probabilis; quod si non putetur, tunc impugnat probabilitatem ostendendo non esse probabilem. In forma fateor iniquum esse impugnare doctrinam sanam; at nego doctrinam ut impugnatam, esse sanam, nam vel impugnatur falsitas, hæc autem non est sana, nisi ut probabiliter vera; vel impugnatur improbabilitas, hæc autem neque est sana; ergo nemo impugnat doctrinam sanam. Quod enim directè impugnatur est falsitas; quod reflexè, est improbabilitas oppositè, si est improbabilis; non est autem illicitum impugnare falsum aut improbabile, illicitum esset impugnare falsum ut est probabile; ut nemo

nemo impugnat directè falsum ut probabile; quod enim directè impugnatur, est falsitas; reflexè autem non impugnatur ut illicita probabilitas, si supponitur licitum esse probabile usum, sed improbabilitas, si est improbabilis: ergo numquam impugnatur licitum. Adde quod qui impugnat doctrinam oppositam, non impugnat probabilitatem, immò tunc præcindat, & purè considerat ipsam veritatem, aut falsitatem directam opinionis oppositæ; adeoque unicè directè impugnat falsitatem, ut formaliter nocivam moribus: quod si oppositam putet probabilem, & supra probabilitatem reflexè, tunc non impugnat directam falsitatem, ut formaliter, sed ad summum ut materialiter nocivam moribus.

N. 271. Ad 6. nego quod sibi mentiat, & contradicat, nam directè unicè dicit, *Non licet*; non autem directè simul dicit, *Licet*, sed reflexè, nempe contractus A ut in se mihi videtur, non licet; idem tamen contractus reflexè consideratus ut probabilis, licet. Deinde retorqueo in Confessario absolvente contra propriam opinionem.

N. 172. M. Bar. Objicies 2. ex M. Baro 2. p. Ethices Christianæ Doctores benignæ sententiæ adstruere, quod destruunt: adstruunt licitum esse omittere tutiorem, & probabiliorem, & licitum esse sequi minus tutam minus probabilem; destruunt autem hoc ipsum quoties agitant questiones particulares, an hoc liceat, vel non; sequuntur enim partem, quam judicant probabiliorem, & dicunt non licere, contra alios docentes probabilius licere.

P. Moy. re. Confirmat contra P. Moyam: Nulla est opinio P. Moyæ pro lege, pro cuius contrariâ non stent graves DD. & rationes: ergo licitum erit cuique sequi opiniones pro libertate à se impugnatas: ergo quod unâ manu adstruit, alterâ destruit; nam adstruit tales opiniones pro lege; sed eo ipso quod P. Moyæ, & nos tuemur licitum sequi minus tutam minus probabilem, destruimus, quod prius adstruxeramus; adstruimus enim talem opinionem pro lege, & adstruimus quod prius destruxeramus, nam destruximus opinionem minus probabilem faventem libertati: ergo si licet amplecti opiniones stantes pro libertate, quia adhuc sunt probabiles, licitum cuique erit amplecti opinionem à se impugnatam.

N. 173. Sed contra 1. quia hoc argumentum recidit in antecedens, adeoque ejus solutione attendendum; quam vis autem intèret grande nobis objicere absurdum, dicendo, quod nostra praxis destruit nostram doctrinam; at tamen quatenus dicit, quod nos sequamur

in praxi opinionem pro lege nobis probabilio-riorem, hoc, inquam, dicendo Advertarius nos laudat; hoc enim aliud non est, quàm dicere, quod nostra doctrina sit benigna, nostra praxis sit rigida. An autem hoc ipsum contingat Anti-Probabilitatis, ita ut eorum praxis sit rigida, et si talis sit eorum doctrina, legi possunt Doctores, quos dedi d. 15. n. 12.

Contra 2. quia ut bene P. Moyæ tom. 2. qu. N. 10. §. 2. hoc argumentum non est peculiari-ter contra ipsum, sed contra omnes Probabilitatis; immò dico ego esse contra eundem M. Baro; tum quia sæpe amplectitur minus tutam sibi saltem visam ut probabilio-rem; ergo quod speculativè docet de sequendâ semper tutiori, dummodo probabili, practi-cè destruit sequendo minus tutam saltem ut sibi probabilio-rem: tum quia si quilibet se-quitur sibi probabilio-rem; ergo Petrus de Alva acriter, & jure merito impugnat a M. Bar. 4. p. Manud. lib. 1. sect. 2. securus est sibi probabilius, dum in dubium vocavit opera D. Thomæ: ergo non omnis, qui aliquam suâ opinionem edit sive circa jus, sive circa factum, sequitur necessariò quod sibi est probabilius; alias nemo peccaret edendo suas opiniones: tum quia sententiâ obligans ad sequendam semper tutiorem dummodo probabilem, est longè minus probabile sententiâ deobligante à sequendâ semper tutiore, & unicè obligante ad probabiliorem; immò sententiâ obligans semper ad tutiorem, aut ad probabiliorem, est longè minus probabili nostra sententiâ tuente licitum sequi minus tutam minus probabilem: ergo quod M. Baro, & quivis alius Tutorita, aut quod Philaleus, & quivis alius Probabilio-rista unâ manu adstruit, alterâ destruit; quod enim adstruit, est non licere sequi minus tutam, & minus probabilem; quod destruit, est hoc ipsum; dum enim hoc ipsum docent, nempe non licere minus tutam minus probabilem, sequuntur sententiâ longè minus probabilem, quam sit nostra docens licere.

N. 275. Contra 3. quia in argumento supponun-tur plura falsa, nempe quod pro utraq-ue contradictoriâ opinione stent semper graves DD. & solidae rationes; & eo ipso quod una contradictoriâ est probabilis, sit etiam probabilis altera; quæ omnia sunt certò falsa, ut dixi d. 4. ergo falsum est licere cuique amplecti opinionem à se impugnatam, nisi hæc sit practi-cè probabilis; non omnis autem opinio impugnata manet practi-cè probabi-lis.

N. 276. Contra 4. quia si M. Baro distingueret questionem directam à reflexa, videret non destrui.

P. Moy. M. Bar.

Petr. de Alva

M. Bar. Philal.

N. 275.

N. 276.

destrui, quod prius adstruximus. Nam dum examinamus quaestionem directam, ex. gr. an contractus A liceat, tunc pugnamus pro veritate, quae quia raro evidenter constat, hinc contenti sumus maiori probabilitate, quae saepe tanta est, ut perveniat ad certitudinem moralem, & tollat probabilitatem ab opposita. Ecce in hoc casu dico non licere contractum A propter rationes mihi pure probabiliores, non tamen moraliter certas. Cum autem examinamus quaestionem reflexam, an liceat sequi minus probabilem; tunc etiam sequimur probabiliorem, immo nobis certam; quomodo igitur destruitur quod adstruxeramus? nam tunc adsunt duo iudicia, unum directum probabilius, Non licet contractus A; alterum reflexum probabilius, immo certum, Licet contractus A, ut substat iudicio certo probabilis de eius licentia, etsi probabilis sit directe quod non liceat. Aliter fuisse, & scit P. Moya à n. 17. Hoc monco, quod cum argumentum eque urgeat Adversarios, ut paulo ante dixi; ita ut si nos destruimus quod adstruimus, Adversarij etiam destruunt quod adstruunt; rogo tamen, supposito quod utriusque peccemus, an magis adversarij, an nos melius nos geramus? Utique nos; nam si destruimus, sequimur semper probabiliorem; destruimus enim quod docemus, sed docemus licitum esse sequi minus probabilem, & non teneri ad probabiliorem; ergo si destruimus quod docemus, sequimur semper probabiliorem. E contra Adversarij si destruunt, quod adstruunt, sequuntur semper minus probabilem, & minus tutam; quod enim docent, est teneri semper ad probabiliorem, & tutiorem, sed destruunt quod docent; ergo sequuntur semper minus probabilem, & minus tutam. Scio hoc argumentum nil valere absolute; valet tamen, si valet objectum contra nos.

§. II.

Veritatis, & orationis superfluitas, immo ipsa reflexa probabilitas est pura petitio principij.

SUMMARIUM.

Ait P. Thyrsus, quod si non teneor ad probabilitatem, nec ad unum probabilem: & quod si sola lex certa obligat, omnia inter TT. controversa erunt licita, n. 277.

Nego, quod eo ipso quod una sit probabilis, opposita etiam sit talis, n. 278.

Quoties prudens pro non lege iudicium formo, lex non obligat, ibid.

Ut quid licitum sit, non satis est, ut non sit certo vetitum, sed necesse quoque est principij.

pium reflexum pro formando dictamine de licentia, n. 279.

Ait, tolli orationem pro veritate, & quod minus verum non amet verum, n. 280.

Retorqueo, n. 281.

Falsitas aequè unitur probabilitati, ibid.

Sequens minus verum amat verum, ibid.

Palancus ait, quod recursus ad probabilitatem reflexam sit pura petitio principij, à n. 282. ad 285.

Et quod non quaratur, an liceat sequi minus probabilem, ut est reflexe probabilior, non respondeamus quaestioni, n. 286. 287. 288.

Retorqueo, n. 289.

Goncius ait leges a probabilitate eludi, & ab ea plura opinionum monstrata prodijisse, n. 290.

Ostendo opiniones infideliter relatas, & nullam a Probabilitate, quin a Probabilitate licentiam, ibid.

Objicies 3. Sententia affirmans licitum sequi opinionem favorabilem minus probabilem, itante opposita evidenter verisimiliori, aperit viam ad dicendum legem non obligare, nisi ejus existentia sit certa, 1. quia ait P. D. Thyrsus, *disput. 3. cap. 3. §. 10. n. 111.* Si homo non tenetur sequi opinionem evidenter probabiliorem itantem pro precepto, sed potest sequi minus probabilem itantem pro libertate, sequitur, quod neque tenebitur sequi sententiam itantem pro precepto, etsi sit unice probabilis, dummodo ei non proponatur ut certa, & evidens, quia quoties una sententia non est evidens, & certa, toties datur pro parte opposita alia sententia probabilis deobligans a precepto: ergo si non teneor sequi opinionem evidenter verisimiliorē itantem pro precepto, neque teneor sequi opinionem unice verisimiliorē itantem pro illo; & ideo Caramuel docuit, quod quoties una opinio est probabilis, etiam opposita est talis: 2. quia absurdum est dicere, quod lex non obligat, nisi ejus existentia sit certa, & evidenter cognita ab operante, nam uno ictu tollit innumera precepta, & reddit licita omnia, quae à Theologis in disputationem vocantur; non enim Theologi disputant, an liceat, quod est certo, & evidenter vetitum; & tamen ait P. D. Thyrsus n. 115. in hanc monstruosam laxitatem prolapsi sunt Probabilistae. Nec valet nostratio, quod homo non sit privandus libertate, nisi existentia precepti hominem ad libertatem spoliantis sit evidens, nam ex jure *Melior est conditio possidentis.* Contra enim est, ait P. D. Thyrsus n. 116. quia hoc axioma habet tantum locum in materia justitiae; immo etiam in omnium virtutum materia locum habet.

haberet, non potest habere locum; quando est evidenter verosimilius aliquem contractum esse illicitum, ita ut nulla occurrat ratio suadens esse licitum, quia tunc homo potest prudentissimè judicare rem esse illicitam, & nullam habet rationem judicandi esse licitam; ergo si talem contractum celebrat, peccabit.

Sed contra; quia in hac doctrinâ duo sunt. Primum est, an lex, cujus existentia non sit saltem moraliter certa, obliget? Secundum; an quoties una pars est probabilis, eo ipso omnis opposita sit etiam probabilis? Hoc secundum est prorsus falsum, & quoad hoc dissentior Caramueli, cujus argumenta alius solvi. Primum puto verum; si enim prudenter dubito, aut prudenter opinor non dari legem, lex non obligat. Verum quidem est, quod quoties habeo certò gravia fundamenta pro existentia legis, & nullum habeo pro non existentia, tunc ea argumenta reddunt legem quodammodo moraliter certam, quia mihi prudens est in oppositum, adeoque non possum tunc formare judicium prudens pro non existentia legis; hinc sequitur, quod non possum operari contra legem, quoties lex est tantum probabilis; non existentia autem legis non est probabilis. Ratio est, ut dixi; tum quia in eo casu ea probabilitas ita reddit prudenter credibilem existentiam legis, ut nullo modo sit prudenter credibilis non existentia legis; tum quia in eo casu nullum formare possum judicium prudens de non existentia legis, quale necessarium est, ut prudenter operer contra legem: sed quoties est unice probabilis existentia legis, & non est probabilis non existentia, non est prudenter credibilis non existentia legis: ergo tunc operari non possum contra legem: ergo quoties existentia legis est unice ita prudenter credibilis, & probabilis, ut non existentia legis non sit prudenter probabilis, non possum contra legem operari; tum quia, ut dixi, lex videtur quasi moraliter certa; tum quia tunc implicat judicium prudenter probabile de non existentia legis, quod judicium est prorsus necessarium, ut possim licite operari; quod enim non est ex fide, peccatum est.

In formâ nego sequelam, & ejus primam probationem. Ad 2. probationem nego, quod sit absurdum dicere, quod lex non obliget, nisi ejus existentia sit moraliter certa. Ad hujus probationem, retorquero illam; nam Probabiliorista deobligant à sequenda tutiori, si sit minus probabilis; ergo per eorum sententiam tolluntur omnia illa præcepta, quoties probabilis est ea non dari.

Tom. II.

ergo eorum sententia est eliminanda. Similiter sequitur fieri licita omnia, quæ à Theologis disputantur; nam affirmantes licere hoc, aut illud de quò disputatur, affirmant, quia putant probabilius licere. In formâ dico, quod ut aliquid sit licitum, non satis est, ut non sit certò vetitum, sed præterea debet simul adesse grave fundamentum pro licentia. Verum quidem est, quod quoties aliquid non est certò vetitum, præter fundamentum probabile pro non vetito, invenimus argumentum pro licentia fundatum vel in libertate hominis, vel in alijs argumentis reflexis. Ad axioma, præter dicta d. 13. sect. 3. §. 2. a n. 183. ostendam illud tenere in omni materiâ virtutum. Ad probationem dixi, quod quoties est ita evidenter verosimilius aliquem contractum esse illicitum, ut nulla occurrat ratio pro licito, tunc datur quasi certitudo moralis de non licentia. Quare si una pars ita sit unice certò probabilis, ut alia nullo modo sit certò probabilis, tunc non licet hanc sequi, quia concipere non possum bonam fidem de hujus licentia, sed teneor ad eam, quæ est unice certò probabilis, nec possum sequi illam, quæ non est certò probabilis practicè.

Objicies 4. Si qualibet probabilitas satis est ad rectè operandum, tollitur studium veritatis, & necessitas orandi Deum, ut veritatem nobis aperiat, cum tamen Deus passim ad hæc nos hortetur. Antecedens probatur; quia quorsum se quis fatigat petendo à Deo veritatis notitiam, si ad rectè operandum satis est probabilitas, & quidem minor? Confirmat n. 122. quia cum probabilitas sit communis utrique parti contradictionis, & veritas uni tantum competat, convincitur non quærendo veritatem, qui omisâ opinione longe probabiliori amplectitur opinionem exiguam probabilitatis; qui enim quærit opinionem propter veritatem, eam partem amplecti debet, quæ maiora habet pro sui veritate argumenta; ergo Probabilista affirmantes licitum sequi sententiam minus probabilem in concursu probabilioris, tollunt studium quærendi veritatem, & convincuntur non amare illam. Addit damnatum ab Innoc. XI. quod ad prudenter agendum satis sit tenuis probabilitas; ergo non satis est quælibet probabilitas. Hæc P. D. Thyrlus disp. 3. cap. 3. §. 11. & P. Muciesla, sed ante omnes P. Eliz.

Sed contra 1. quia hoc argumento probabo sequendam tutiorem minus probabilem, & omittendam probabilioris minus tutam, nam sequenda est securitas; ergo sequens probabilioris minus tutam convincitur non amare securitatem, sed magis speculationem.

Rr

N.

Can.

N.

179.

N. 280.

P. Thyrlus.

Inn. XI.

P. Thyrlus.

P. Muciesla.

P. Eliz.

N. 281.

P. Thyri. *l. c.* docet probabilitatem esse communem utrique parti contradictionis, quæro, an respectu ejusdem intellectus, an respectu diversi? Si respectu ejusdem, ergo falsum est quod sepe docet, nempe opinionem minus probabilem esse quidem probabilem alteri, non mihi, cujus opposita est probabilior: si respectu diversi, contra est; quia etiam veritas est communis utrique parti contradictionis respectu diversi intellectus; uterque enim ex contradicentibus putat se dicere verum. Contra 3. quia aliud est, quod quoties non potest certo haberi veritas, sufficit tunc probabilitas certa; & certo gravis ad regulam conscientie; aliud est, quod veritati studere non debeamus; immo centies diximus, quod principaliter, & ante omnia querenda sit prius omni studio veritas, qua si post serium studium adhuc maneat incerta, tunc dicimus satis esse certam, & certo gravem probabilitatem. Quod addit ex Innoc. *l. c.* certio nos non offendit, nam tenuis probabilitas, qualis semper necesse est, ne peccemus. Contra 4. quia cum probabilitate non necessario connectitur veritas, alias cum qualibet pars contradictionis, immo cum minus probabilis sit suis Patronis probabilior, utraque pars contradictionis esset vera, immo minus probabilis esset semper vera, quod est semper suis Patronis probabilior: ergo falsum est, quod convincatur non amare veritatem; qui non amat maiorem probabilitatem. Adde satis esse, ut ametur maior probabilitas reflexa; non autem necesse est, ut ametur maior probabilitas directa; docens autem licitum esse usum minus probabilis, hoc docet ductus gravioribus longè argumentis, quam qui negat. Adde etiam eum arguendi modum non tenere, alias probabo, quod qui minus perfecte operatur, convincatur magis amare peccatum, quam perfectionem; etsi enim eligat ex non æquè perfectis minus perfectum, attamen ejus amor stat semper inter extrema perfecta, non autem transit ad peccatum: ita in nostro casu, etsi daretur, quod probabilius sit magis verum, adhuc eligens minus probabilem stat inter extrema prudenter, etsi inæqualiter vera, non autem transit ad certo falsum.

N. 282. *Palanc.* Objicies ex *Palanc. qu. 28. a. n. 289.* quod communis ad probabilitatem reflexam recursus sit pura petitio principij, adeoque philosophicum saltem absurdum, est enim circulus vitiosus, & supponit probandum, immo potius recusat veritatis examen. Hoc autem; supposita communi Probabilitatum

responsione, quod sequens minus probabilem sequatur probabiliorum, quia licet opinio directe considerata sit minus probabilior, attamen eadem reflexe considerata est longè probabilior, imò certa ob argumenta, quibus licitus usus opinionis directe minus probabilis probatur; hæc, inquam, supposita responsione, probat nos petere principium, 1. quia circa hoc punctum, an liceat sequi opinionem directe minus probabilem, duplex adest sententia, una affirmans licitum, alia negans licitum; supponere autem tamquam probabiliorum, & certam sententiam affirmantem, & inde inferre licitum sequi opinionem directe minus probabilem, quia sententia reflexa affirmans licitum esse ejus usum, est certa, & longè probabilior, quam sit sententia reflexa negans, est supponere, quod est probandum: ergo Probabilitate docentes licitum sequi opinionem directe minus probabilem, quia est reflexe probabilior, seu quia sententia reflexa affirmans licitum ejus usum, est longè probabilior, & certa, quam sit opposita reflexa negans, petunt principium.

Confirmat 1. n. 296. quia probabilitas sententiae reflexe cognosci non potest, nisi per secundam reflexionem, seu per reflexionem supra primam reflexionem: ergo in quaestione primò reflexa supra directam cognosci non potest, quia nam ex primò reflexis, seu quanam ex his duabus sententiis reflexis, *Licitum est sequi minus probabilem, Non est licitum sequi minus probabilem, sit probabilior*: ergo adhuc dici non potest licitum esse sequi minus probabilem, quia sententia affirmans *licitum*, est probabilior; ut enim affirmem esse probabiliorum, debeat facere aliam secundam reflexionem supra has sententias primò reflexas, *Licitum est, Licitum non est sequi minus probabilem*, & videre, quæ ex istis reflexis sit probabilior; & non assumere affirmantem tamquam longè probabiliorum, & certam.

Confirmat 2. n. 298. quia si quis nostris argumentis impetitus responderet non esse licitum sequi directam minus probabilem, quia reflexa negans est longè probabilior reflexa affirmante, derideretur à nobis, eò quia supponeret suam sententiam esse probabiliorum nostram: ergo à pari Adversarij possunt nos deridere, dum initio quaestions supponimus, quod sententia affirmans licitum sequi minus probabilem, sit longè probabilior, & dicimus licitum sequi minus probabilem, est longè probabilior.

Confirmat 3. quia negans nostram sententiam reflexam affirmantem licitum sequi minus

nis probabilem, eo ipso negat, eam esse ma-
 gis probabilem, ergo supponi non potest,
 quod sit magis probabilis.
 Confirmat 4. n. 300. quia considerata
 præcise quaestione primo reflexa, licitum
 est sequi minus probabilem, nondum hæc
 videtur probabilior, nisi fiat altera secunda
 reflexio, quæ consideret utramque senten-
 tiam, aliam affirmantem, aliam negantem
 licitum ut minus probabilem, ergo non-
 dum resolvi potest licitum esse sequi minus
 probabilem, quia hæc reflexa nondum ap-
 pareat probabilior, ergo præcise considerata
 quaestione primo reflexa, licitum est sequi
 minus probabilem, inferri non potest, licitum
 esse sequi minus probabilem, quia hæc
 sententia primo reflexa nondum apparet
 probabilior.
 Confirmat 5. n. 301. quia objectum hujus
 quaestionis reflexæ, an liceat sequi opinionem
 directe minus probabilem, non est, an liceat sequi
 opinionem directe minus probabilem, ut re-
 flexe magis probabilem, sed unice, an liceat
 sequi immediate talem opinionem ut directè
 minus probabilem: sed fallum etiam per nos
 est, quod liceat sequi immediate opinionem
 directè minus probabilem: ergo nobis con-
 tradicimus, dum in præsentia quaestione pri-
 mo reflexa resolvimus partem oppositam.
 Confirmo 6. n. 303. quia vel nos dicimus
 absolute, Licet sequi immediate opinionem di-
 rectè minus probabilem, vel dicimus, Licet se-
 qui opinionem directè minus probabilem, medi-
 ante dictamine reflexo supra illam, seu de licito
 ejus usu? Si dicimus secundum, non re-
 spondemus quaestioni, quia quaestio est, an li-
 ceat sequi minus probabilem, non autem an
 liceat eam sequi mediante dictamine reflexo;
 hæc enim quaestio non est reflexa supra
 directam, sed reflexa supra reflexam, nam
 respicit ex parte objecti aliam reflexam, seu
 dictamen reflexum. Si dicimus primum, er-
 go licitum est sequi immediate opinionem
 directè minus probabilem, præcise omni
 dictamine reflexo de licito illius usu, quod
 tamen ferè omnes Probabilistæ negant; di-
 cunt enim licere sequi opinionem directè
 minus probabilem, mediante termino reflexo
 de licito ejus usu, fundato in probabili-
 tate sententiæ affirmantis licere sequi opi-
 nionem directè minus probabilem. Omittitur
 tamen, quia ad hæc reddeuntur.
 Sed quamvis hæc ingeniosa sint, levia ta-
 men sunt, i. quia non supponimus, sed cer-
 tis argumentis probamus licitum usum mi-
 nus probabilem; quæ argumenta si non sunt
 contra Adversarij, sunt nobis; atque adeo
 quæ ex Adversarij tenemur ad probabilem
 opinionem.

rem præ minus probabili, ite-
 rum sequendum minus probabilem directè
 præ probabiliori directæ, ut prima
 sententia reflexa sitans pro licito usu mi-
 nus probabilem est nobis longe probabilior.
 Et hoc patet ad argumentum, & ad 2. n. 302.
 4. confirmationem. Secundo, quia hæc om-
 nia retorquentur contra directè probabili-
 orem, cujus usum admittunt Adversarij; qua-
 ro enim, an qui affirmat licitum est sequi
 probabilio-rem, affirmet hoc tamquam ali-
 quid ex terminis notum, vel tamquam ali-
 quid probatum? Si primum, idem dicent
 Probabilistæ de sua minus probabili, si se-
 quendum, ut dicere debent, idem dicent
 Probabilistæ, quod liceat sequi directè mi-
 nus probabilem, quia certis argumentis pro-
 barunt veritatem sententiæ reflexæ hoc as-
 firmantis. Tertio, quia hoc ipsum retorquetur
 in omni alio dubio; idem enim formabo
 argumentum, quale format Palanco in 7. Palanc.
 confirmatione; affirmanti enim licere sequi
 carnis infirmo, dicam eum non respondere
 quaestioni, quaestio enim est, an hoc illi li-
 ceat; ipse autem responderet licere, allegando
 rationes. Quarto dico ego, quod, ut sequatur
 opinionem directè minus probabilem, non
 sit necessarium ullum dictamen reflexum de
 licito ejus usu: dico non esse necessarium,
 quo modo, ut sequatur tutorem, aut proba-
 biliorem, necesse non est dictamen reflexum
 de licito usu tutioris simul, & probabilioris,
 aut tutioris minus probabilem, aut probabi-
 lioris minus tutæ, & quoad hoc fateor me
 plerisque Probabilistis recedere, quod satis
 probabo infra, quia opinio minus probabi-
 lis est, per se aptam intrinsece præcise im-
 prudens, & formaliter exclusivum peccati.
 Hæc tamen nostra doctrina non est necessa-
 ria, ut argumentum Palanci solvatur, cum
 solum sit ex his, quæ dixi paulo antè, ut si
 cum reliquis Probabilistis admitterem ne-
 cessitatem judicij reflexi de licito usu minus
 probabilem, ut licite sequatur opinionem directè
 minus probabilem.
 Præterea absurda, quæ trahit Mr. Gondet.
 tus art. 2. §. 7. Primum ex Simeone §. 379.
 quod si exigua probabilitas satis est, excitat
 anxietas inquirendi veritatem. Secundum ex
 Episcopo Gandavensi, quod probabilitas
 novas, & laxas in materia morali invenient
 opiniones. Tertium est, ex Crepinone Bor-
 gia in Selectis Moralibus, quod cum vix de-
 tur calus, in quo non adsint duæ opiniones
 contradictoriæ, & probabiles, vix erit præ-
 ceptum, quod non eludi possit per probabi-
 litatem. Demum art. 3. in 6. art. 6. assertio proba-
 bilium monstra, seu notoriam Calvinista.
 Rrij rum

N. 287. Palanc.
 N. 288. Palanc.
 N. 289.

Palanc.
 M. Gon.
 Simich.
 Borg.
 M.
 N.
 291.

rum excessus. Sed hæc nihil movent: non primum, quia tenemur primario inquirere verum, nec sufficit exigua, sed necessaria prorsus est certò gravis absoluta, & relativa ad suam oppositam probabilitas: non secundum, quia laxitas, ut satis, & sæpius ostensum est, non oritur à probabilitate, sed à Probabilitatè malè applicante probabilitatem opinioni non probabili; imò si ab alterutrâ, nempe à probabilitate, vel à probabilitioritate laxitas oritur, oritur potiùs à probabilitioritate, cum nulla sit laxa, quæ non sit suis Patronis probabilior: non tertium, tum quia falsum est vix dari casum, in quo non detur duplex opinio contradictoria probabilis; tum quia, si quoties datur, sequenda est stans pro præcepto, eo ipso non satis erit probabilior, nec moraliter certa; tum quia si opinio est certò probabilis, eo ipso judicatur prudenter non dari præceptum; ergo eo ipso non eluditur: non quartum, tum quia opiniones, quæ ab Adversarijs referuntur, vix reperiuntur ut jacent: ergo infideliter refe-

runtur; tum quia eadem doctæ fuerunt à suis Patronis ut probabiores, aut ut moraliter certæ: ergo non licebit sequi moraliter certam; tum quia in ipsis Adversarijs, quavis primo aspectu affertent veritatem, & rigorem, attamen dantur aliqua opiniones prorsus laxæ, & falsæ; immò quia nimis rigida; dantur aliqua damnatæ ut hereticæ: ergo si quia aliqua ex eorum opinionibus est certò falsa, inferri potest eorum sententiam universalem de licito usu tutioris, aut probabilioris esse certò falsam, nullam sententiam sequi poterimus: non nostram, de licito usu minus tutæ minus probabilis, quia Contrarij ex aliqua particulari laxâ inferunt laxam nostram sententiam: non Contrariorum, quia nos etiam, si tenet arguendi modus, inferemus illicitam sententiam Contrariorum obligantem ad tutius, aut probabilius, quatenus ex aliqua particulari damnatâ; aut certò falsâ inferemus damnatam universalem: ergo luce clarius est argumentum non tenere.

DISPUTATIO XVI.

Ex nostrorum argumentorum, & rationum invaliditate, arguunt contra nos Adversarij.

SECTIO I.

Quia opinio minus probabilis est contra rationem.

§. I.

Opinio minus probabilis non est probabilis.

SUMMARIUM.

Ait M. Mercorus, quòd probabile, & probabilius se habeant, ut non probabile, & probabile; & quòd intellectus nec physicè, nec prudenter assentiri possit minus probabili, n. 1.
Nego omnia, quin nego, quòd assentiens intiori sit certus de non peccato; cur? n. 2.
Comparativa non se destruant. Indultio, n. 3. & 8.
Tunc comparativum stat pro positivo, cum datur certa ratio, n. 4. 5. 6.
Contradictio M. Mercori, n. 7.
Palanco ait delictum spe esse probabile, quin sit prudentialè, n. 8.
Solve, ibid.



BILICES 1. ex M. Mercori. qui N. 2. p. art. 28. à pag. 187. respondens nostris argumentis ait 1. quòd probabile, & probabilius simul concurrentia non se habent ut perfectum, & perfectius, ut nos docemus, & remittit se ad ea, quæ dederat art. 9. ubi dixerat, quòd in eâ regulâ, *Tutius in dubijs est sequendum*, tò *tutius* stat pro positivo *tutum*, non pro comparativo, quomodo dum dicitur, *Melius est mori, quam peccare*, tò *melius* stat pro bono, ita ut sentius sit, bonum est mori, malum est peccare. Ait 2. quòd operari sequendo probabilem in concursu probabilioris, non est sequi iudicium prudens, quia, ut ait pag. 187. probabilitas unius partis contradictionis in concursu oppositè probabilis non est motivum sufficienti ad certificandam conscientiam de honestate electionis; immò ait, quòd si quis per impossibile opinaretur partem minus probabilem, præsentè probabiliori, temerè opinaretur, quia sine fundamento, nam motivum minus probabile, stante probabiliori opposito, impeditur ab hoc, nec potest propriè dici probabile,